

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1882

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Lessay, Sainte-Trinité (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1181-1189]

Lieu d'émission : Cherbourg

Action juridique : confirmation générale

Langue du texte : latin

Analyse

Henri II, roi d'Angleterre, confirme les biens de l'abbaye de La Trinité de Lessay.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Constantiensis, n° X, col. 234-237.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCLXXIX, t. 2, p. 298-303.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 927.

Dissertation critique

Épiscopat de Jean, évêque d'Évreux, 1181/1182-1192.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia, rex Angliæ et dux Normanniæ et Aquitaniæ, et comes Andegavensis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justitiariis, senescallis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem. Sciatis me concessisse et præsentì charta mea confirmasse Deo et ecclesiæ sanctissimæ Trinitatis de Exaquio, et monachis ibidem Deo servientibus, omnes rationabiles donationes subscriptas sibi factas et chartis donatorum confirmatas. Ex dono Turstini Haldup et Eudonis filii ejus, et concessione et confirmatione Roberti de Haia, et Muriel. uxoris suæ, et Richardi et Radulphi filiorum eorum, in villa S. Opportunæ in qua sita est præfata ecclesia, totam partem quam præfatus Turstinus et Eudo filius ejus ibi habebant in ecclesiis, in terris, in silvis, in aquis et molendinis, in piscariis et salinis. Et in villa de Favilleriis, totam partem quæ fuit Adelais de Balte, et silvam quæ appellatur Cuvilliicum cum omnibus terris et molendinis, cum aqua et cum molta de manerio de Crienciis, exceptis tantum servientibus suis, et omnia quæ ad præfatum silvam pertinent, sicut ipsi eam habebant : et quicquid habebant in Orevilla et in Awarevilla et in omnibus maisnillis ad Orevillam pertinentibus, cum ecclesia et omnibus aliis pertinentiis ; et ecclesiam sanctæ Mariæ de Portbail cum omnibus pertinentiis, et partem suam in ecclesia

sancti Georgii de Tumevilla cum eleemosynis et decimis, et omnibus exitibus ejusdem manerii ; et totam partem suam in ecclesia sancti Johannis de Turgisvilla cum pertinentiis, et ad Longamfamem terram ad unam carrucam et rectam decimam omnium exituum ; et ecclesiam de Conneis cum eleemosynis et rectis decimationibus omnium exituum ejusdem manerii, et terram ad unam carrucam et unum vavassorem cum hoc quod tenet in eadem villa ; et in Bosevilla in plano, et in Appavilla, et in Osonvilla, et in maisnillis ad Appavillam pertinentibus quicquid ibi habebant in ecclesia, in terris, in silvis, et omnibus aliis pertinentiis, et duas dimidias piscarias in vivia quæ est juxta Hulmum ; et partem suam ecclesiæ sancti Georgii cum pertinentiis suis, et ecclesiam sanctæ Susannæ cum eleemosynis, et ecclesiam sancti Hemelandi juxta Plesseium, et omnes alias ecclesias suas de Bauteis ; et rectam decimationem intra parcum et extra illius forestæ de Plesseio, de pannagiis, de veiculo, de venatione, et de omnibus lucris quæ ibi fiunt aut fient, de molendinis, piscariis, exitibus et nutrimentis ; et extra parcum omnibus bestiis et porcis monachorum, et animalibus servientum eos custodientium pastum et pasturam ; et si infra parcum mittuntur porci ad pastum, habeant monachi in eodem parco C. porcicos a festivitate sancti Martini usque ad Quadragesimam quietos ; et si ibi non mittuntur porci de foris ad pannagium, tamen habeant monachi L. quietos usque ad prædictum terminum, cum eisdem consuetudinibus in nemore de Folilea ; et extra parcum ligna ad ecclesiam et domos suas, et omnia necessaria sua in eadem foresta, et homines animalia sua custodientes similiter ; et in eadem foresta partem quandam per loca et divisiones quas inde habent determinatas in chartis cum omnibus terris et pertinentiis, sicut præfati donatores habuerunt ; et terram trium famulorum in Balteis, scilicet Ravanoti et Wimundi porcarii et Sarraceni quam ipsi de eis tenuerunt, et rectam decimam partis suæ de manerio Plesseii de omnibus exitibus, et ecclesiam de Crienciis cum omnibus pertinentiis suis, et unum vavassorem cum terra sua, et in eadem villa terram ad duas carrucas, et tres salinas et unam piscariam in mari, et terram duarum bercariarum quam pastores tenent, et VI suburbanos cum alodiis suis, et de teloneo ejusdem villæ LX sol. et in maresco de Cressoneres VI acras terræ, et rectas decimas de omnibus exitibus manerii de Crienciis ; et in nemore de Fulleia rectam decimam de omnibus exitibus cum omnibus consuetudinibus quas habent in nemore Plesseii, et decimam molendini de Folleia, et de piscariis ; et ecclesiam S. Georgii de Rota cum pertinentiis suis ; et ad Montem-Catonis terram ad unam carrucam, et decimas molendinorum et piscariarum, et omnium exituum illius manerii ; et ecclesiam de Argenceio cum pertinentiis et rectis decimis exituum ejusdem manerii, et terram ad duas carrucas ; et partem suam de ecclesia sancti Philippi de Valseio, et ea quæ Hugo de Valseio ibidem tenuit de ipsis ; et partem quam habebant in ecclesia sanctæ Mariæ apud Martringne cum pertinentiis suis, et id quod Hugo de Valseio ibidem de eis tenuit ; et partem quam habebant in ecclesia de Coisneriis cum pertinentiis suis, et terram ad unam carrucam, et de his omnibus rectam decimam omnium exituum. Item, ex dono Rob. de Haia, ecclesiam sancti Martini de Eudonvilla, et terram Pippini liberam et quietam ab omni servitio et auxilio ; et ecclesiam sanctæ Mariæ de Ansgovilla, cum decimis et eleemosynis eidem ecclesiæ pertinentibus, et ecclesiam sancti Martini de Brittevilla ; et decimam molendinorum de Monte-acuto ; et decimam molendinorum de Bertauvilla et de Eudonisvilla ; et ecclesiam sancti Nicholai de Foliata, et ecclesiam sancti Quirini de Plesseio. Item, ex dono præfati Rob. de Haia in Anglia, eccles. de Boxgrava cum pertinentiis suis ; et ecclesiam de Brotebi, et quicquid habebat in ecclesiis de Risum, et de Bellinges, et de Subroc et de Suavatone, cum omnibus pertinentiis suis, excepto eo quod monachi de Acja habent in ipsa ecclesia de Suavatone ; et ecclesiam de Callatona, et totam decimam denariorum suorum de maneriis suis de Brotebi, et de Felingham, et de Risum, et Suavatona et Suttona, et de Lutona, et de Scortona, et unam bovariam terræ apud Brotebi. Apud Boxgravam duas hydas terræ et dimidiam circa ecclesiam de Boxgrava, et omnem decimam ipsius parochiæ, et totam decimam gablorum suorum de natali de eadem parochia ; et decimam sui nemoris in passone et venditione, et in eodem nemore dedit monachis in eadem ecclesia morantibus, ignem et materiam ad omnia ædificia sua et opera, et paission porcis suis et pasturam ad omnia animalia sua. Dedit et ecclesiam sancti Petri de Hauntonete, et terram et decimam quæ ad eandem ecclesiam pertinent ; et ecclesiam sancti Leodegarii de Honestan ; et ecclesiam de Bridehan ; et ecclesiam sanctæ Mariæ de Waborgotona ; et ecclesiam sanctæ Mariæ de Bernehan ; et ecclesiam sanctæ Caterinæ quæ est sita super fluvium Tamisiæ ; et ecclesiam sancti Georgii de Bautona, et ecclesiam de Cadeham, et terras et decimas quæ ad easdem ecclesias pertinent. Dedit et illam mensuram frumenti quæ vocatur Cherchet de omnibus maneriis suis, cum ecclesiis et decimis. Ex dono Rich. de Haia, decimam frumenti sui et avenæ de Brittevilla. Ex dono Renaldi de Aureavalle, ecclesiam S. Helenæ cum decimis omnibus ejusdem villæ, et terras et eleemosynas eidem ecclesiæ pertinentes, videlicet clausum quod vocatur vinea, et totam partem landæ quam dedit Rob. Baumer juxta Turcutivillam, et totam decimam de omnibus redditibus totius silvæ suæ, et pannagium porcorum monachorum in eadem silva quietum, et ligna ad materiam, ad ædificia et necessaria monachorum, et pasturam de Aureavalle communem omnibus animalibus monachorum cum animalibus domini et sagramentum ; et in Gerevilla duas acras terræ, et in Littearia unam acram ; et decimam

feriæ Aureævallis, et dimidium dominium ecclesiæ de Hucevilla, et alteram medietatem quam Rog. filius episcopi cum Roberto de Haia dedit ; et terram Rogerii de Monasteriis id est, tres acras terræ, et terram Pagani juxta clausum ad ipsum clausum ; et terram Hersendis et Amioti, et clausum Leecelinæ cum domo sua. Ex dono Hugonis filii ejus dimidiam ecclesiam sancti Laudi de Horevilla cum elemosynis et decimis illius ecclesiæ, et decimam trium molendinorum, duorum de Aureavalle, et unum in Baltiesio, et terram de Rekeverel liberam et quietam ab omni servitio et auxilio. Ex dono Roberti Bavomis, unum vavassorem cum terra sua. Ex dono Roberti filii ejus in Asebevilla terram reddentem unum quarterium frumenti, et in Baltiesio prædicti Renaldi, unam acram terræ juxta terram Bolierni ; et omnia quæ idem Renaldus dedit, et omnia quæ de calengiis suis relaxavit infra burgum Exaquii in vicinia tota et in aliis locis et villis eidem Rainaldo pertinentibus, libera et quieta sicut charta ejus dividit et testatur. Ex dono Willelmi de Aureavalle, molendinum sanctæ Opportunæ cum omnibus consuetudinibus, et molta, et omnibus rebus quæ ad illud molendinum pertinebant, et partem ecclesiæ sanctæ Opportunæ. Ex dono Willelmi de Abrincis quartam partem ecclesiæ sancti Salvatoris cum capellaria suæ domus, et XX et VI acras terræ, et dimidiam decimam sui molendini cum aliis minutis decimis et hominibus ejusdem elemosynæ communem pasturam et focum sicut suis. Ex dono Jordani de campo Arnulfi et Willelmi de Rollos, et Willelmi de Ponte, et Clarembaldi de Girartot, et Rich. de Rollos quicquid habebant in ecclesia sancti Samsonis de Givefossa, et in eadem villa ex dono Gaufridi Ouremer tres acras terræ liberam et quietam ab omni servitio et auxilio, et unum masnagium et terram eidem pertinentem. Ex dono Willelmi et Rich. de Pirou, et ex concessione et confirmatione heredum eorumdem Radulfi de Pirou, et fratrum ipsius Gaufridi, Rogerii et Stephani, ecclesiam de Pirou, et decimam totius villæ, in garbis et molennis, et omnibus aliis quæ contigerit decimari, et XLIII acras terræ, et brociam de juxta landam, et unam piscariam in mari, et decimam anguillarum, et terram in qua monachi ædificaverunt domos suas et hortos, et pratum de Broc, et pratum de Mela, et unam acram terræ juxta crucem, et acram quam Robertus filius Osmundi, et virgatam terræ quam Giroldus de Pirou donaverant monachis ; et præterea concessionem et confirmationem quam Radulfus filius et heres Ricardi de Pirou et fratres sui fecerunt, videlicet ut in voluntate sit abbas de Exaquio et sui conventus prædictas decimas et cetera beneficia ad abbatiam deferre et expendere, et quemcunque custodem voluerint ad Pirou suarum rerum, seu monachum seu alium habere, et talem quietantiam in molta qualem charta dividit. Ex dono Rogerii de Albinneio et Willelmi patris ejus, ecclesiam de Folgeriis, cum decimis et elemosynis eidem pertinentibus ; et partem ecclesiæ de Givefossa, quam Osmundus clericus tenuit cum pertinentiis suis ; et totam terram illam quam idem Osmundus tenuit in Kereavilla et in Francavilla, et LXIII acras terræ in Livervilla, et quicquid filii Ranulfi Espec tenuerunt de honore Albinnei in Alno et in Astella, sive in ecclesia sive in terra, et decimam feriæ sancti Christophori et de foro Albinnei ; et in marchesio unum hortulanum cum terra sua, et quicquid Avicia uxor prædicti Rogerii dedit in Montefameloso et in Mesnillo-Ogis : et ex dono ejusdem, et Ansetilli de Cleiis, et Roberti filii ejus, et Aliz filiæ ipsius Roberti, ecclesiam S. Patricii de Cleiis, et ecclesiam sanctæ Margaritæ de Baudrevilla, et ecclesiam de Porbail, cum omnibus decimis et elemosynis eidem pertinentibus, de honore Albinnei, et libertatem et quietantiam ab omni servitio et reddito, sicut charta donatoris testatur, scilicet in terra de Monte-Catonis, et in quadam terra apud Criencias. Ex dono Willelmi de Brikevilla dimidium molendinum de Matun ; et ex dono Thomæ filii ejus, ecclesiam de Alno cum omnibus decimis et elemosynis eidem ecclesiæ pertinentibus, et unam acram terræ in Alno, et alteram in Verleio, et partem quam habebant in piscaria de Matun. Ex dono Richardi de Rollos totam decimam de terra sua de Francavilla, et quicquid habebat in ecclesia de Ginefossa, et quicquid Thomas de Brikevilla et Willelmus de Aureavalle, et Rob. de Verleio cum Rob. filio suo, et Gaufridus Esturni cum Radulfo filio suo, dederunt in ecclesia sua de Verli cum terris et elemosynis eidem ecclesiæ pertinentibus ; et ecclesiam de Waringebec, quam Ric. de Haia et Mathildis uxor sua dederunt cum decimis et elemosynis eidem ecclesiæ pertinentibus. Ex dono Rob. de Monasteriis et filiorum ejus Willelmi et Heberti, ecclesiam de Surevilla, et ecclesiam de Glatineio, cum decimis et elemosynis eidem ecclesiæ pertinentibus, et XII acras terræ in Glatinneio, et quicquid Jordanus de Barnevilla ex dono patris sui et matris suæ concessit et confirmavit, scilicet totum feudum unius vavassoris in Britevilla, et quandam terram in Gerseio tria quarteria frumenti reddentem ; et confirmationem quam Rob. Bertramnus fecit de elemosyna de Sottewast, quam sicut pater suus de omnibus servitiis et auxiliis liberam et quietam esse concessit, sicut ipse ab omni servitio et auxilio ad summum Dominum terræ pertinente in perpetuo acquietare concessit et confirmavit : et ex dono Radulphi de Sotevast, ecclesiam de Sotevast : et ex dono Willelmi de Ansnevilla, ecclesiam de Ansneville apud Sarnes, et quandam domum juxta cimiterium, et totum mariscum a cimiterio usque ad aquam Sares ; et ecclesiam de Vitsel, et ecclesiam de Petot cum pertinentiis suis : et ex dono Godefridi de Bussone ecclesiam sancti Martini de Gronvilla in Gerseio : et ex dono Richardi fratris Willelmi Avenel, tres acras terræ in Herevilla, et aliam terram : et ex dono Rog. Foliot, concedente Ricardo de Wavilla, ecclesiam de Osmunvilla : et ex dono Willelmi de Marcheio, masuram Pantof in Crienciis : et ex dono Engelgerii de Bohon, dimidium milliarium anguillarum apud Bohon ; et conventionem quam fecerunt Willelmus de sancto Johanne, et Rob. frater ejus, et Oliva uxor Willelmi, de prioratu de Boxgrava cum omnibus pertinentiis suis, sicut cirographum determinat et testatur : et ex dono Gilleberti de Campans, duas garbas de terra quam tenet in Verleio de feudo de Liteare : et ex dono Simonis de Verleio, duas garbas de terra sua. Quare volo et firmiter præcipio, quod præfata ecclesia et monachi in eadem

ecclesia Domino servientes, habeant et teneant omnes prænominatas donationes bene et in pace, et quiete, integre, plenarie, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad eas pertinentibus, in ecclesiis et decimis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis, et in piscariis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et rebus ad eas pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus, sicut chartæ donatorum testantur. Testibus Johanne Ebroicensi episcopo, Henrico Bajocensi episc. Hugone de Nunnant electo de Cestre, Rob. de Novo-burgo decano Rotomagensi, Willelmo de Humet conestabulario, Willelmo filio Rad. senescalli Normanniæ, Roberto archidiacono de Notingah. Alvredo de S. Martino, Seero de Kenci, Hugone de Cressi, Thoma Bardulfo, et multis aliis. Apud Cæsaris-burgum.